

IV.

Literæ D. CALOVII
ad
Doct. MAUKISCHIUM.

Salutem plurimam à Domino JESU!

*VIR PLURIMUM REVERENDE EXCELLENTISS.
CLARISS. DOMINE FAUTOR, AMICE, AF-
FINIS ET FRATER IN CHRISTO PLURI-
MUM HONORANDE.*

Cum hæc ad Magnif. Dominum à Lindâ destino, vestrâ operâ, quam non ingrâtam ipsi fore novi, utor προθύμως, certa spe fretus, eadem lubentiâ Te eandem utriqve Nostrum gratificaturum, ut recte ad Lindenianas manus deferantur. De Domini Schwartzii laudabili instituto responsurus est sine dubio ex mente Collegii Clarissimus Dominus Hospes ejus D. Qvensted. Salutem ipsi nunciabis meo nomine plurimam. Placet, quod hoc extremum Sata-næ monstrum (sic merito Syncretismus vocito) suâ quoq; manu adoriatur. Benedictionem divinam illi apprecor. Vacillat nunc & in periculo versatur non levi utraqve Pomerania: alteri hypocrisis Ecclesiasticorum non nullorum, alteri Καίσαροπατία mala multa minitatur. Nam delatum ad Nos diploma Würtzii, cum consensu ordinum Politicorum sancitum, quo interdicitur Theologis, ne, quod partium suarum est, a-
gant